

&c. non videntur mereri considerationem, præ saluberrimo illo contra vim incendiorum, quæ D E U S clementer à quâvis avertat urbe, remedio, si plures in eodem vico domus, quod sumptibus ferè contempnendis impetrare possunt, eo fuerint instructæ.

XXVI. HYDROSTERIUM est, der Wasser-Schlaß suis antliis & canalibus ab imo domus ad fastigium continuatis instruatum, receptaculis illic influentem aut illatam, hîc protrusam aquam excipiens, unde porrò tum, si placet, ipsis conclavebus in usum lavacrorum aut fontium salientium delectamenta naturali defluxu redundare, tum ad restinguendum vicini, etiam non immediati, quod D E U S prohibeat, incendium, tutissimè protrudi potest.

§. 6. Ex alterâ verò, nempe militari Archite^tonica, nihil est, quod in medium afferam. Nec enim compendium illud, Tabellas munitionum sine spinoso calculo facili diagrammate cuivis longitudini polygonorum decenter applicandi.

XXVII. ABACUS Anarithmicus, eine Rechen-Tafel ohne Sieffer / quo plurimos hucusque numerorum spinositate aliqui deterritos, ad hoc studium allexi, locum hîc mereri videbitur: nec etiam charta prolixiores hîc nos esse permittit. Si D E U S vires & vitam concederit,

Tractatui de ÆSTIMATIONE, si quæ forsitan inventa notatu digna videbuntur
alia, subjiciam.

Epilo-